

ἐπάειρε δέρην, οὐκέτι Τροία  
 τάδε, καὶ βασιλεῖς ἐσμὲν Τροίας· 100  
 μεταβαλλομένου δαίμονος ἀνέχου·  
 πλεῖ κατὰ πορθμὸν, πλεῖ κατὰ δαίμονα,  
 μηδὲ προσίστη πρῶραν, βιότου  
 πρὸς κῦμα πλέουσα τύχαισιν·  
 αἰ· αἰ. τί γὰρ οὐ πάρα μοι μελέαι στενάχων,

non indiget. Imprimis post δέρην desideratum esse τ' vidit, et supplet Musgravius: mox Τροία τάδε reddit Interpres per *Troja hic est*; sed non ita sonant istæ voces absonæ; ferri potest Τροίας τάδε, propter illud Æschyleum Τάδε Περσῶν: ad quam normam rectius scriberetur, οὐκέτι Τροία, τάδε καὶ βασιλεῖς ἐστὶν Τροίας· adeo ut post ἐστὶν ellipsis supplenda sit legendo οὐκέτι βασιλεῖς Τρ.

γ. 101. Hecuba seipsam alloquitur; cujus schematis Musgravius exemplum protulit ex Virgil. Ecl. II. 64 et 69. His adde v. infr. 948. et Hec. v. 736. ubi velim lector, nisi respuat ineptias, Scholiastem adeat.

Ibid. Displicet δαίμονος ob sequens δαίμονα. Est et alia ratio; μεταβάλλειν dicitur τὸ θεῖον, utpote agens; μεταβάλλεσθαι τὸ βρότειον, utpote actum. Cf. Ion. v. 1512. Ὡ μεταβαλοῦσα—Τύχη: voces easdem habet Herc. F. v. 480. et similes, v. 884. Ταχὺ τὸν εὐτυχῆ μετέβαλε δαίμων: in ejusdem fabulæ v. 216. vera est MSti lectio, Ὄταν θεός σοι πνεῦμα μεταβαλὼν τύχη. Hac occasione corrigam Iph. A. v. 1325. Ζεὺς δ' ἀλλάσσει αὔραν ἄλλοις Ἄλλαν λάιφεισι. Inepte vulgo μειλίσσων. Conf. Erinn. Fragment. apud Stob. Tit. VII. p.49. Grot. Καὶ μεταλλάσσει (vulg.

μεταπλ.) βίον ἄλλοτ' ἄλλως, σοὶ μόναν πλησίστιον οὔρον ἀρχᾶς Οὐ μεταβάλλει. Corrigam et Sophoclei Terei Fragment. IX. Τὰν δ' ἀνθρώπου ζωὴν Ποικιλομήτιδες ἄται Πημάτων πάσαις μεταλλάσσουν αὔραις. Vulg. ὤραις. Hinc minime defendatur velim Iph. T. v. 1317. τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη; nam ibi forsitan legendum est, τί βούλευμ' ἐν φρεσὶν κεκτημένη; Verum hoc est, ut aiunt, extra oleas vagari; redeamus igitur, unde digressa est oratio. Semel tantum, præter hunc locum, hujus verbi passivam vocem adhibet Euripides, Hippol. v. 1118. ubi Chorus Mulierum de se loquitur. Malim igitur hunc et sequentem versum transponere, et legere μεταβαλλομένου δ' ἀνέμου σ' ἀνέχου. Habet Noster Ion. v. 1507. μεθίσταται πνεύματα.

γ. 102. Hesych. Κατὰ πορθμὸν, στενὴν θάλασσαν· parum explicate. Reddit Musgrav. secundum freti cursum; mox πρὸς κῦμα contra fluctus. Pari modo Plutarch. (citante V. D.) Moral. p. 1802. H. Steph. πρὸς κῦμα καὶ ῥοῦν, et mox eadem pagina, κατὰ ἄνεμον καὶ ῥοῦν.

γ. 103. Vocum ordo mire confusus est, et sic instituentus: μη. προσ. πρῶ. πρ. κυ. πλ. [εν] τυ. βι.

γ. 105. Sic edd. recentiores,